



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

1. De Euangelio Dominicæ: De festuca in oculo. Luc. 6.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

Mediatoris nostri dignationem atten-  
tē secum perpendat? Affectus ijdem.  
**III.** Quād demū nos suauiter in-  
uitet ad seriam, cum hac tanta gratiā  
cooperationem. 1. Tot, tantaque tam  
generalia, quād specialia beneficia,  
præsidia, & charismata in hunc finem  
conferendo. 2. Tot extraordinarios  
fauores, illustrationes & consolatio-  
nes feruidis suis impertiendo. 3. Tam  
liberaliter supereminētissima pro sin-  
gulis eorum pijs conatibus, sanctisque  
desiderijs præmia promittendo. Af-  
fectus ijdem.

Dominica IV. post Trinitatem.

De Euangelio. Luc. 6.

4. Heb-  
dom.  
post  
Trinit.

**I.** *E*stote misericordes, sicut & Pater ve-  
ster cœlestis misericors est: Nolite in-  
dicare Quād eximiam nobis Christus  
inculcat proximi dilectionem ad imi-  
tationem misericordiæ & dilectionis  
Patris cœlestis erga omnes exercen-  
dam. 1. Misericordiam proximo sum-  
mam, modeque excellentissimo exhi-  
bendo. 2. Non temere quenquam iu-  
dicando, suspicando, dubia in malam  
par-

I.

partem interpretando. 3. Non condemnando, seu æternâ, aut temporali pœnâ dignum temerè pronuntiando. 4. Facile in nos peccanti ignoscendo. 5. Eleemosynas aut corporales, aut spirituales liberaliter largiendo. Quem in his Patrem misericordiarum imitari pigeat, qui in tot suis miserijs misericordiam ab eo expectat? Zelus proficiendi in dilectione proximi per predicta charitatis, & misericordiæ exercitia.

**II.** *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. in qua enim mensura mens fueritis, remetetur vobis.* Inuitat ad eandem charitatem & misericordiam proximis non vulgari, sed eximio modo, impendendam, promissione superabundantis retributionis, in hac vita; quoad dona naturæ & gratiæ; in altera, quoad dona gloriæ, & quidem pro mensura meritorum cuique reddendæ.

Quanta liberalitas Dei mensuram temporalis & æternæ retributionis in nostra quasi manu constituentis! Vis ergo Deum erga te exercere magnam misericordiam, liberalitatem, charitatem? magnam erga proximum exercere:

erce: Vis non rigidè iudicari, non  
damnari, multas tibi culpas indulge-  
ri, magnas gratias præstari? Idem ex-  
hibe proximo, & potieris voto tuo.  
Gratitudo, zelus eximiæ fraternæ di-  
lectionis.

III. *Quid autem vides festucam in oculo  
fratris tui. Generale contra omnia pec-  
cata, defectusque perfectæ dilectioni  
oppositos suggerit remedium, quod  
est proprias culpas, imperfectiones, &  
miserias profundè agnoscere, semper  
que ob oculos mētis ponere. his enim  
inspectis facile aliorum misereberis, &  
quod tibi fieri, vel non fieri in simili  
casu velles, aut non velles, hoc quo-  
que alijs facies, aut non facies, & li-  
benter portabis aliorum onera mino-  
ra, ut alij portent patienter tua maio-  
ra. Agnitio sui, & humiliatio.*

*De prædicatione & baptismo Ioan-  
nis. Matth. 3. Luc. 3.*

II.

I. *C*hristus iam 30. annorum, of-  
ficium prædicationis breui au-  
spicaturus, voluit aduentum suum  
per Ioannem prodromum suum, ad-  
miranda victus & vestitus austernita-  
te venerabilem, è deserto diuino in-  
stinctu euocatū, mundo annuntiari, ut  
osten-